

J.K.  
118,40

II n.  
578

# Educationem **ATHALARICI,** â STUDIOSA GYMNASII ELISABETANI JUVENTUTE Die XX. Decembbris, A. O. R. MDCCIII.

h. l. q. a.

In Scenam productum iri  
INTIMAT  
**Bottlob Erant.**

---

WRATISLAVIAE,  
In Officina BAUMANNIANA Typis exprimebat  
JOHANNES JANCKIUS,  
Typographei Praefectus.



## L. B. S.

**D**RAMATICÆ ACTIONI, qvâ studiosa Juventus fidei nostræ commissa iusti & Autoritate Superiorum exerceri solet, materiam quidem totus orbis subministrare velle videtur, qvî undiq; vel infelicibus turbis agitatus, vel admirandis mutationibus obnoxius, casuum summè memorabilem, imo & Juventus considerationi apprimè inculcandorum copiam fatis largam exhibet; sed postquam ad publicum Europe statum inten-  
ti, prius *je cœcum* *Pannona restituitionem*, mox *Pacem*, paucis abhinc annis lumine cito transi-  
turo Christianum Orbem illustrantem, jam reperitos totius Seculi præterlapsi casus, imo & an-  
no superiori *turbulence Insubrie vicissitudines* in Scenam produximus, nunc aliquando propria nostra vineta cadere, eaq; qvæ officio nostro propria sunt, contemplari placuit, ne  
antiquam Cynici Diogenis censuram incurramus, falso Grammaticos ridentem, *quod tanto*  
*studio Ulyssis pericula inquirerent, sua ignorarent*. Cum scilicet accurasierit Juventus educatio  
principius officii nostri scopus sit, hinc illam in contemplationis nostra objectum eligere,  
& *qvam commodissimam dogmatum severiorum Juventutis imprimentorum methodum* putamus, ) in exemplo qvodam ex Historiâ diu præterlapsorum securorum excerpto siste-  
re voluimus. Eadem nempe in orbe fabula luditur, qvamvis Theatro & Actorum per-  
sonis subinde mutatis; & qvæ olim Juventutem, præsertim illustriorem, ad subeunda civili-  
um negotiorum munia aptiorem, eoq; nomine landabiliorem reddiderunt, sive negle-  
cta publicam orbis spem, exeterunt, ea hodie adhuc eodem effectu floridam nostrorum  
statem feliciorem vel infeliciorem reddunt. Non debiliores hodie, qvam olim, stimuli  
Juventutem ad peccandi licentiam invitauit; nec defecere terrestrium voluptatum ille-  
cebra, qvæ eadē, qvâ olim, nocendi licentia intra cancellos nostros irrumpant, &  
haud raro sub excusabili liberioris educationis larvâ, aut fucato juvenilis elegantia sche-  
mate, optimos qvosq; corruptunt, & infios qvaf; noentesq; à literarum & virtutis amo-  
re abducunt. In quantam vero perniciem disciplina defectus, & præmatura voluptatum  
licentia misere seductam Juventutem præcipit, non convenientiori forsan, qvam  
A T H A R I C I, Gothorum Regis, & Patris Fl. Entharici Amali fata Regno destinatum, ab  
octavo atatis anno Piissima æq; ac Eruditissima Mater, *Amalosunta* Regina, optimis qvi-  
busdam Viris, atatis morumq; gravitate, & Eruditonis laude celebribus custodiendum &  
erudiendum dabit, tanto quidem successu, ut Adolescens omnium Virtutum & Erudi-  
tionis cultu, jure meliori, qvam Titus olim, amor & delicia Generis humani dici pos-  
set. Sed hac à pristinâ Gentis ferociâ recedens educatio barbaris Procerum Gothicorum  
animis minime toleranda videbatur, qui Regem corporis potius, qvam eruditæ mentis  
viribus pollentem præoptabant, & eosq; importunis precibus mentem Reginæ Matris  
follicitabant, donec, majora rebellionis mala metuens, filium Seniorum consortio adem-  
tum, Gothorum voluntati permitteret, qui mox eundem Juvenum literis expertum,  
Militum, Gladiatorumq; fodalito immixtum, ad plenam virtutis prudentiae; oblivio-  
nen, omnemq; scelerum licentiam perducebant. Brevi scilicet ille in Caligulam aut Ne-  
ronem mutatus, noctu per vias publicas & lypanaria graffari, spretisq; optimæ Matris a-  
lliorumq; Piorum monitis, continuo luxuria & libidinis furore corpus perdere svtetus,  
imo & fodalum instinctu horrenda impietate in Matrem prudenter insurgens,  
mox vindictam celestem in se irritabat, sicq; animi corruptelâ in corpus transeunte, morbo-  
rum vario genere corruptus, Anno reparata Salutis DXXXIV., vix XVI. atatis annum  
supergressus, moriebatur, Gothisq; perditæ Regis & propriae Salutis reis, nil nisi tristem  
seramq; nimis penitentiam relinquebat.

Hunc infelici exitu terminatum disciplina defectum in securitatis & protervia juve-  
nilis terrorem brevi Dramate repræsentare placuit, non tam ad Theatri leges invento, qvam  
potius ad Juvenum utilitatem directo; in quo, si quid ratione Titulorum, aliarumq; lo-  
quendi formularum, tam ab avo Ciceroniano, qvam à nostri temporis moribus longius  
abi-

abibit, nobis minimè vitio vertendum erit, qui *Casiodorum* Duceū secuti, ex variis  
 ejusdem Epistolis, Regum nomine scriptis, incomparabili Historia illius Seculi Thesau-  
 ro, ea plurima mutuanda duximus. Nec in rebus, aut Personis, facti quicquam, si le-  
 ves quasdam circumstantias excipias, proponendum putavimus, sed potius omnia ex *Cas-  
 iodori, Procopii, Jornandis, & Pauli*, Diaconi Aqvileiensis, fontibus haufimis; quo etiam  
 minus forte probabilia, dura scilicet in Reginam cavillationes, imo & ineptum fatidici  
 Judai artificium spectant, qvæ omnia *Procopto* debentur, qvamvis ultimum illud non ad  
 Athalaricis, sed proximi Successoris, *Theodahati*, tempora Autor ille referat. Ne vero  
 in Personarum producendarum notitia quicquam desiderari queat, paucissimis adhuc  
 verbis earundem Statum delineandum putamus. *Casiodorum* Virum ab omni parte il-  
 lustrem, summisq; tam in aula Gothica, qvam Rep. Romanâ dignitatibus cum laude  
 perfundit, imo interdum ad Sceptri fere societatem admisum, nemo ignorat, cum co-  
 pia Scriptorum illius haud exigua Eruditorum manibus ubique volvatur. *Aratoris*,  
 summi Oratoris laudes Athalaricus ipse apud Casiodorum (a) prolixè refert, dum illi Co-  
 mitivam Domesticorum tribuit, eundemq; *Tolum*, Patriito, in officio Socium adjungit.  
*Ambrosius* inter Literarum Professores primò constitutus, inde per varios dignitatum pu-  
 blicarum gradus ad Qvæsturam adscendit, qvam illi ab Athalarico tributam apud Cas-  
 iodorum (b) legimus. *Tolum*, Gothus illuſtris, Genti Amala Regia affinitate jun-  
 ctus, diu Theodorici Confiliis admotus, ab Athalarico initio Regni Patriciatûs honore  
 ornabatur, qvod duplii apud Casiodorum (c) Regis Epistola declaratur; *Osum* vero  
 Dalmatia Praefecturâ ornatus, varis laudibus à Rege ipso ibidem (d) extollitur. Tres  
 illi insignes Viri, qvos qvidem fine Veterum Scriptorum Autoritate Regi custodes ad-  
 junximus, magnâ laude itidem apud Casiodorum ornantur; ex qvibus *Liberius* & *Al-  
 bienus* Pratorum Praefecturam gesse, (e) *Publianu* vero ut Legatus ad Senatum missus (f)  
 refertur; qvibus & *Bergantini* accedit, Affinis Regis, Comes Patrimonii, donis &  
 laudibus à Rege apud Casiodorum (g) honoratus. *Cyprianu*, post felicia bella in Au-  
 lá Theodorici Referendarius, tandem Patriatûs honore ab Athalarico affectus; (h) &  
*Opilio*, Sacrarum ligationum Comitivâ post militia laudem à Rege donatus; (i) Reginæ  
 contraria non sine ratione singuntur, qvoniā jam à *Bæthio* ob malas artes Delatorum  
 numero accententur: (k) *Lenderis* vero & *Grippa*, qvorum ille sub Vitige Rege Praefidia-  
 riorum urbi Roma immisorum Praefectus, hic sub Theodahato Dalmaticarum copiarum  
 Dux extitit, apud *Procopiu* (1) referuntur. *Mafusventa*, Athalarici Soror, eximia pul-  
 chritudinis Puella, Matri virtute similis, ejusdemq; cognata *Theodinas*, Theodahati, post  
 Athalarici fatu Gothorum Regis, Filia, deinde producuntur, qvarum utramq; Procopius  
 laudat; (m) illam vero *Virges*, Arniger prius Theodahati, tum illius in Regno Succe-  
 sor, invitam sibi Matrimonio junxit, (n) hanc vero *Ebrimiru*, à Jornande Gotha, rectius  
 forte sua Gentis nomina referente, *Evermor* dictus, (o) uxorem accepit; (p) inde & duos  
 hos, tum intra Juventutis annos constitutos, Regi focios addidimus. Monita Regi sedu-  
 cito suggerenda dedimus *Victorino*, Ravennatum Episcopo, ad qvem Athalarici, Regni  
 initia annunciantis, Epistola apud Casiodorum (q) extat; & *Sigisni* Comiti, qvem Ro-  
 manum missum, ad Sacramentum Regis nomine S. P. Q. R. præstandum, è Casiodoro (r)  
 discimus; horum vero pietati opposuimus tres Gothorum Duces, *Reperatum*, Urbi ab A-  
 thalarico Praefectum, (s) *Sinderichum*, qvi seqventi sub Theodahato bellò Syracusas Belifa-  
 rio tradidit, (t) & *Wiliam*, qvem ut Patrimonii Comitem Casiodorus (u) citat. Tandem ad infelici Regis fatu exponenda definivimus *Petrum Jlyricum*, Rhetorem Conflan-  
 nopolitanum elegantissimum & fuisse illum, qvem paulo ante mortem Athalarici Lega-  
 tum ad Amalofuntham venisse, Procopius (w) indicat; *Salvanium*, circa eadem tem-  
 ora Urbi Praefectum, (x) *Elpidium Medicum*, qvem & Theodorico morienti adsuisse è Procopto (y)  
 scimus, & *Felicem Legisperitum*, Qvæstorem ab Athalarico constitutum. (z) Reliqua nullâ  
 profus

2) Lib. 8. Variar. Epist. 12. b) Lib. 8. Epist. 13. c) Lib. 8. Epist. 9. & 10. d) Lib. 9. Epist. 8. & 9. e) Cas-  
 iod. Lib. 8. Epist. 3. & 20. f) Lib. 8. Epist. 15. g) Lib. 8. Epist. 23. & lib. 9. Ep. 3. h) Casiod. Var.  
 Lib. 8. Epist. 21. i) Casiod. Lib. 8. Ep. 16. k) de Confab. Philos. L. 2. prof. 4. l) Lib. 1. de B. Goth.  
 m) l. c. n) l. c. o) de rebus Goth. cap. 60. p) Procopius Lib. 1. de B. Goth. q) Var. L. 8. Ep. 8.  
 r) Lib. 8. Ep. 11. s) Casiod. L. 9. Ep. 7. t) Jornand. cap. 60. u) Lib. 9. Ep. 14. v) Lib. 1. de  
 Bell. Goth. addit. Casiod. Lib. 11. Cap. 23. x) Casiod. L. 9. Ep. 16. y) Lib. 1. de B. Goth. z) Casiod.  
 L. 8. Ep. 18.

EK II n 598

x 300 5604

prospero expositio egent; qvod & de Intersecois Poëticis dicendum, quæ unicè varietas causa, & ad acroamatum tadia vitanda adjunxit. Si frigidiora videbuntur, quæ ad exprimenda voluptatum exercitia spectant, veniam vel eo nomine nobis ab Auditorum prudentia promittimus, qvod Praeceptoribus vix decorum videatur, juventutem ad liberei jocorum securitatem disponere. Nihil restat, quæ ut Vos, Literarum in urbe nostrâ PATRONI, FAUTORES & AMICI omnium Ordinum æstumatisimi, ad accedendum intra Gymnassi nostri limina humili prece invitamus, vestramq; aurium patientiam in audiendis, & animorum favorem in dijudicandis conatus, imo & defectibus nostris efflagitemus. Si illud, qvod inter perpetuos laborum & impedimentorum strepitus nobis parare sicut, non pensi habebitur, nostra tamen desideria ad corrigendos educationis nazvos directa, ut speram, non displicebit; hâc enim rectius se habente, plurima fortassis hujus orbis mala aut tollere, aut præcavere licet. Celestis vero Gratia & omnia vestra, sic devotâ prece optamus, desideria scopum suum attingere sinat, omnesq; demum durioris ævi nostri defectus quæ clementissimè emendet:

P.P. Die XIX. Decembr.

A O. R. MDCCIII.

### Exhibebuntur :

I. **A**THALARIČI, (Georg. Friedr. Förster. Wrat.)

#### J. EDUCATIO OPTIMA, tandem

1. Probantibus: CASSIODORO, (Ad. Chrif. Thebesio, Lign.) ARATORE (Job. Ferd. Careo; Wrat.) AMBROSO, (Job. Gottlieb Fischer, Lign.) TOLUM, (Ernst Christian Hubrig.) Wrat.) OSUM, (Alb. à Schibisch) AMALOSUNTHA, (Chrif. Leob. Förster) Scropp.) LIBERIO, (Chrif. Rasibsky, Lign.) PUBLIANO, (Job. Georg. Hamilton, Slavens. Pomer.) ALBIENO, (Chrif. Nothe, Sor. Luf.) qvibus acceder BERGANTINUS, (Job. Georg. Kleinert Bernfadt.)
2. Oppugnantibus: CYPRIANO, (Sam. Grafi Wrat.) OPILIONE, (Job. Schürzmann/Wr.) LEUDERI, (Job. Jac. Lindt) Luben. Luf.) & GRIPPA, (Ernst Gottfr. Bühl.) Wrat.)
2. SEDUCTIO, occupatis circa eandem aut impediendam aut juvantdam : MATHASWENTZ, (Fridr. Ferd. Kalschmied, Rovic. Pol.) THEODINATE, (Georg. Wilh. Regio, Wr.) EVERMORE, (Job. Fridr. Burg/Wr.) VITIGE, (Ernst Maur. de Gaffron.) ATHLETA, (Vertrau-gott Klepperlein / Megae. Glog.) PANTOMIMO, (David Wilh. Pauli, Wrat.) LENONE, (Zach. Richard. Gorl. Luf.) JUDÆO, (Paul. Christ. Mengel / Jutoburg.) VICTORINO, (Casp. Gottlieb Neumann/Wr.) SIGISINE, (Samuel Laer. Puschmann / Lesn. Polon.) REPERATO, (Gottfried Batelbtf/Wr.) SINDERICO, (Balhaf. Sigmund à Rothkirch /) & WILIA, (Job. Chrif. Wolff. Wrat.)
3. FATA INFELICIA, colloquentibus: PETRO ILLVR. (Job. Sam. Gehauer/Raten.) SALVANTIO, (Job. Wilh. Büsch/Wr.) ELPIDIO, (Georg. Wilh. Würbig/Wr.) MINISTRO, (Gottfried Lägner/Goldberg.) & FELICE, (Sam. Bogelwirger/Wr.)

#### II. PROLOGI, INTERSECIORUM & EPILOGO loco:

1. ERUDITIO, (Job. Fried. Löwe / Strel.) cui educationem Juventutis sibi vindicanti ob-strepent: VANITAS, (Frid. Chrif. Pauli, Wrat.) AMBITIO, (Job. Wilh. Rube/Wr.) & LUXURIA, (Ehrenfried Dobraschky, Svidan.)
2. DISCIPLINA, (Job. Gabriel Wilh., Wr.) V. PUEROS dirigens, C. Tob. Wagner / Ernst Wilh. Tis / Job. Chrif. Schäffl / Job. Jac. Magerl / Gottlieb Wilh. Becker / Wratsill.) quo-rum plurimos seducent: IMPROBITAS, (Frid. Böhm/Wr.) LICENTIA, (Dan. Hoff-mann/Wr.) LASCIVIA, (Chrif. Heinr. Bischoff/Wr.) & IGNAVIA, (Job. Schwäbisch/Wratisl.)
3. SECURITAS, (Chrif. Gottlieb Wilhelm / Breg.) GAUDIUM, (Gottlieb Zachmann / Wrat.) ALACRITAS, (Ernst Ferd. Sachs à Leuenheim /) confundenda à TERRORE, (Gottf. Dreschriebe/Wr.) DOLORE, (Chrif. Leop. Brendel. Lign.) & MORBO, (Job. Pohl Wrat.)
4. PRUDENTIA, (Job. Ad. Hensel / Goldberg.) Monita superadditura.

S. D. G.

VD 18

MC

# Educa ATHA

STUDIOSA GYM  
JUV  
Die X  
A. O. R.

In Scenam

INT

Bottlo

WRA  
In Officina BAUMAN  
JOHANN  
Typogra

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Farbkarte #13

Cyan

Green

Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

Centimetres  
Inches

BIBLI  
PONIC



CL  
Gothorum Reg

TANI

ri

bat